

tur scandala, quām vbi praeesse homines inter se contendunt. Quod vt discipuli inter se vitent, & curēt maximē humilitatem, hortatur eos Dominus. Neque abs re salis vititur similitudine. Salis enim est conseruare salita ne putrescāt: Ita igne tribulationis saliri oportet electos, ne per prosperitatis elationem putrēscant. Et omnis inquit victima sale salietur, id est, quemadmodum in legē omnem victimam sale saliri oportebat: ita omnis verē Christianus viua Dei hostia & victima & sale ignis, hoc est tribulationis & sale prudētiae saliri debet. Reliquum vide Matth. 5. Ibi: Bonum est sal, &c.

CAPVT DECIMVM.

Diuortium omnino prohibet, parvulis benedixit, diuites à pauperibus segregat, p̄mūlū cūcta linquentibus assignat: ex matris filiorum Zebedæi refutatio-
ne, docet in dominio non esse querendam su-
per alios reuerentiam, & tandem Ieri-
cho præteriens, cæcum illuminat.

Et inde exurgens, venit in fines Iudeæ ultra Ior
danem, & conuenient iterum turbæ ad eum, &
sicut consueverat, iterum docebat illos. Et ac-
cedentes Pharisei interrogabant eum: ¶ Si licet
viro uxori dimittit, tentantes eum. At ille respondens Deuter.
dixit eis: Quid vobis precepit Moyses? Qui dixerūt: †Moy-
ses permisit libellum repudjare scribere, & dimittere. Quibus †Gen. 1.d
respondens Iesus ait: Ad duritiam cordis vestre scripsit vo-
bis preceptum istud, ab initio autem creature, & masculum †Gen. 2.d
& feminam fecit eos Deus. †Propter hoc relinquet homo
patrem suum & matrem, & adhæredit ad uxorem suam,
& erunt duo in carne una. Itaque non sunt duo, sed una
caro. †Quod ergo Deus coniunxit, homo non separat.

Quanto Pharisei maiorem pararent calumniam, tan-
to Christus suam temperabat responsonem. Tentabant
ergo eum an doceret contraria castitati, an concederet
contraria legi Moysi. Interrogant igitur an quavis ex
causa homo diuortium ab uxore sua facere licite posset.
Quod si licere respōdisset, opposuissent doctrinam eius
qua pri⁹ hoc docuisset. Sin verō nō licere, opposuissent
legem

† Matth.
19.a.

¶ Mat. 15.
c. & 19.a.

Deuter.

24.a.

† Gen. 1.d

29.q.2.

cap.

Dictū est

¶ Matth.

19.a.

Eph. 5. d.

1. Corin.

7.d.

legem de repudio. Vtrunque ita temperauit, vt nec replicæ pateret locus. Quo ad legem inquam, quia illam Moyses statuerat, quasi inuitus ad duritiam cordis eorum, vt maiora mala scilicet vxoriciū vitarent ad quod maximè proclives essent. Quo verò ad diuinum preceptum non sic erat ab initio creaturæ: In quo creauit feminam ex viro non fœminas, vt vnum vnam tātū haberet: quod per Dei præceptum per Adam inductum, & quasi prophetatum. Quia sicut coniunctio animorū per charitatem & mutuam dilectionem vnam facit animam, iuxta illud act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnu & anima vna: Ita corporum coniunctio, vnam carnē faceret. Propterea quod Deus coniunxit per naturam, lex humana dissoluere nequit. Et sic præter naturā ac præter legem esset diuortium.

f de eo q
cogno.
cōsanguini.
cap.

Et in domo Iterum discipuli eius de eodem interrogauerūt eum. Et ait illis: **f** Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si uxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur.

Cūm sicuti & Matth. 19. eadem sit Phariseorum interrogatio qua & illic, scilicet, virō ne vxorem dimittere liceat, Indubie certū est respōsionem factam à Christo eandem esse, scilicet, quicunq; dimiserit vxor suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur. Similiter & hic intelligendū est, vt duo innuantur à Christo: Primum quōd nemini licet dimittere vxorem suā, nisi fornicationis causa, Secundò quōd dimissa fornicaria, non licet alia ducere: quod qui aliam ducit, adulteriū committit aduersus vxorem priorem dimissam.

f Matth.
19.b.
Luc.18.c.

f Et offerebant illi parvulos vt tageret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cūm videret Iesus indignè tulit: **f** ait illis: Sinite parvulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat illos.

Cūm iuxta Mattheūm Christus maximè laudasset Eunuchos propter corporis munditiā, existimantes nullos corpore pueris mundiores, nec attendentes munditiam

tiam voluntatis & virtutem continentiae plus Deo placere quam continentiam vel munditiam puerilem corporis, offerebat illi parvulos ut illis benediceret. Quod cum discipuli indignè ferrent, increpat eos dominus, quia talium, non istorum, nisi persevererent, & in fine tales & adeo mundi reperiantur, est regnum cœlorum.

¶ Et cum egressus esset in via, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum dicens: Magister bone quid faciam ut vitam æternam percipiam? Iesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus, Deus: Praecepta nosti: ¶ Ne adulteres: Ne occidas: Ne fureris: Ne falsum testimonium dixeris: Ne fraudem feceris. Honora patrem tuum & matrem.

Nec erat hic adolescens dolosus, sed vita æterna cupidus, alias Christus intuens illum non dilexisse. Cum vero Christum vocasset bonum, non se negat Christus bonum, sed se Deum esse significat, sicut nec se magistrum bonum negat, sed nullum absque Deo bonum esse insinuat. Praecepta autem ad proximum magis necessaria illi assentad pacificum conuictum, & vitam æternam consequendam.

At ille respondens ait illi: Magister, haec omnia obseruavi & iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Num tibi deest. ¶ Vnde, quecumque habes verde, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & vnde sequere me. Qui contristatus in verbo abiit mœres. Erat enim habens multas possessiones.

Nec simpliciter hic mentitus videtur, dicens se hæc mandata secundum legem impleuisse. Lex autem ut inquit Paulus 7.ad Hebr. nihil ad perfectum adduxit, ut igitur perfectus esset hic adolescens, opus erat ipsum sequi Christum, qui legem perfecit, ut ipote qua duceret ad vitam æternam: quod non fecerat lex vetus, qua terrena promittebat, & possessiones plurimas permittebat. Vnde hic inter utrumque anxius priscam maluit sequi consuetudinem quam nouam prosequi.

Et circumspiciens Iesus, ait discipulis suis: ¶ Quam difficile est pecunias habent, in regnum Dei introibunt? Discipuli

+ Matth.
19.d.

Luc.18.d

+ Exod.
20.b.
Rom.8.a
Gal.4.b.

#14.
quest. 1.
cap.1.
Mat.19.c
Luc.12.d
18.d.

+ Matth.
6.d.
Luc.12.d
1. Cor.

7.c.
Mat.19.f
Luc.18.c

T autem

autem obstupescerat in verbis eius. At Iesus rursum respon-
dens, ait illis: Filioli, quam difficile est confidentes in pecu-
niis, in regnum Dei introire?

In hoc quod dicit pecunias Gracce est xp̄umata, à ver-
bo xp̄ūd̄at, quod est expēdere, cōsumere, propter xp̄ūm̄,
quod est idem quod v̄lus, quibus igitur pecunijs uten-
dum est ad necessitatem, nec recondendum propter a-
varitiam. Quoniam sapientia abscondita, & thesaurus
inuisus, quæ utilitas in utrisque. Ecclesiastici. 20. & 41.
Facilius est Camelum per foramen acus transire, quam
diutinem intrare in regnum Dei. Qui magis admirabantur
dicentes ad semetipos: Et quis potest saluus fieri? Et intuens
illos Iesus, ait: Apud homines impossibile est, sed non apud
Deum. Omnia enim possibilia sunt apud Deum.

Hic suo more Philosophans Caetanus, transire in-
quit, pro ingredi: & hinc firmatur quo Matthaei. 16. ex-
colendo hæc scriptissimus. Foramen acus est nomē pro-
prium portæ, vel certi angusti transitus. Huic enim con-
sonat vocabulum illud ingredi: quasi verò aut ingredi,
aut εἰσελθεῖν dici non possit nisi quod pedes habet. Ne-
que filum per foramen acus ingredi poscit, ac ideo ne-
cessit fingere Ierosolymis portam quādam angustam,
per quam ingredi non posset Camelus. Nec si Camelus
pro animali sumamus, salua poscit esse lectio nisi portam
illam fingamus: Cùm vt ita dicam impossibile magis sit
Camelum animal gibbosum per acus foramen transire,
quam per angustum portam, imò omnino impossibile.
Vult enim probare C H R I S T Y S quod planè apud ho-
mines impossibile sit diuitem salvare, nunc expendamus
quæ ad ius capitii literam faciunt. Apud Matthæum au-
tem exposuimus pro fune accipi posse camelum.

^tMatt.

19. d.

Luc. 12. d
& 18. e.

^tMat. 19.

^gLuc. 8. e.

Et caput et Petrus dicere: ^tEcce nos dimisimus omnia, et
secuti sumus te. Respondes Iesus, ait: ^tAmen dico vobis:
Nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores,
aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me,
& propter Euangelium, qui non accipiet centies tantum
nunc in tēpore, hoc domos, & fratres & sorores, & matres
& filios, & agros, cu perfecutionibus, & in seculovitā eten-
tiam.

nam. Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. † Matth.

Petrus ex opposito intellexit se plurima cum socijs
in futuro seculo asecuturum. Vnde querat: quid nobis
restat futurum, qui reliquimus omnia, sed & secuti su-
mus te, qui etiam pauca reliquerat, veruntamen quæcumque
posidebat. Hoc idcirco querat pro his qui hanc viam
ingressuri essent: Ecce inquit, nec vendidimus omnia nec
pauperibus dedimus, ea autem atavis nostris reliqui-
mus, veruntamen quid igitur erit nobis qui te secuti sumus? Quibus responderet Christus: quod qui etiam pau-
caroliquerunt, ut plerique mendicantes, multo plura etiam
in hoc seculo quam vñquam ex paterna fuissent conse-
cuti successione, & tandem si Christum ritè sequantur,
vitam æternam percipient. Propterea qui in hac vita
despicuntur, non desponteant animū, maiores & pri-
ores futuri, quam qui in hoc seculo & bonis & honori-
bus ad cælum usque extolluntur.

Eran autem in via ascendentes Ierosolymam, & prece-
debat illos Jesus, & stupebant, & sequentes timebant: Et
assumens iterum duodecim, coepit illis dicere que essent ei
ventura. † Quia ecce ascendimus Ierosolymam, & filius + Matth.
hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & se-
nioribus, & damnabunt eum morte & tradent eum Gen-
tibus, & illudent ei, & confundent eum, & flagellabunt eum, Luc. 18. f.
& interficien t eum, & tercia die resurget.

Plerunq; suæ passionis & mortis supplicium discipu-
lis suis prædixerat, & suam post hæc resurrectionem, qui-
bus non obstantibus in morte sua scandalizati sunt, qua
to magis si non eis reuelasset.

Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filii Zebedei, di-
centes: Magister nolumus ut quodcum petierimus, facias
nobis. At ille dixit eis: Quid vultis ut faciam vobis? Et di-
xerunt: Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, & alius ad
sinistram tuam sedemus in gloria tua. Jesus autem ait eis:
Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bi-
bo, aut baptismo quo ego baptizor baptizari? At illi dixerunt
ei: Possumus. Jesus autem ait: + Matth.
Calicem quidem quem ego
bibbo, bibetis, & baptismo quo ego baptizor baptizabimini: 20. c.

*sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram, non est
meum dare vobis, sed quibus paratum est.*

Cum Iacobus & Ioannes sepius Christum audissent regnaturum, ipsi ambitione capti se primos à secretis futuros, sicut & in transfiguratione præter cæteros assumpti fuissent, Petrum tamen timebant. Ideo audientes ascensum Christi in Ierusalem, crediderūt hoc esse causa regnandi, propterea petunt unum eorum ad dextram sessurum in regno, alterum ad sinistram. Quibus respondet suam in eos retorquens ambitionem. Potestis inquit, calicem mortis & passionis bibere, & baptismum sanguinis suscipere quos ego breui sum passurus? Quod non intelligentes, tanquam audaculi respondent: Possimus: omnia promitterent, ut petitis fruerentur.

Et audientes dec̄ indignati sunt de Iacobo et̄ Ioanne. Iesus autem vocans eos, ait illis: † Scitis quia hi qui videntur principari Gentibus, dominantur eis: et̄ principes eorū potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in vobis: sed quicunq; voluerit fieri maior, erit vester minister: et̄ quicunq; voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Nam et̄ filius hominis non venit ut ministraret ei, sed ut ministraret: et̄ daret animam suam redemtionem pro multis.

Non dixerat Christus duobus fratribus. Non sedebitis ad dexteram meam vel sinistram, ne illos confundaret, sed ut omnes bene sperarent, cæteri tamen super audacia amborum indignati sunt, quamvis etiā paliſ fuerint repulsa, quantumagis si consecuti fuissent optatum. Quibus Christus respondit, aliam esse dominacionem secularem, aliam Ecclesiasticam: quod seculares Domini maiores vocantur, & cæteris superbia prestat: Ecclesiastici verò quanto sunt altiori constituti gradu, tanto humiliores & seruji aliorum esse debent, & cæteris ministrare. Exemplum autem, à scipio tradit, qui non petierit ab illis famulatum aut ministerium, sed oppositum, quia semper paratum se exhibuerit ad ministrandum.

*† Matth. 20. g. † Et veniunt Iericho: et proficiente eo de Iericho, et di-
Luc. 18. g. scipulis eius, et plurima multitudini filius Tmei Barti-
meus*

meus cæcus, sedebat iuxta viam mendicans. Qui cum audisset quia Iesus Nazarenus est, cepit clamare & dicere: Iesu fili David miserere mei. Et comminabantur ei mulii ut taceret. At ille multo magis clamabat: Fili David miserere mei.

Quod hic in uno cæco factum dicit Marcus, in duobus factum Matthæus dicit: neque propterea Marco contarius est. Cui cum unum esset amborum miraculum, sufficere visum est cæci viuis meminisse, nempe celebrioris. Quippe cuius nomen recitat, Bartimæum vocans. Videtur & Lucas nonnullis à Matthæo & Marco dissentire, quem suo loco eocilabilitus. Superest ea quæ ad literam faciunt, explicare. Quid sit autem Bartimeus, explicat textus, scilicet filius Timæi. Bar enim filium Hebreis significat.

Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum; dicentes ei: Anima equior esto, surge, vocat te. Qui proietto vestimento suo exiliens, venit ad eum. Et respondens Iesus dixit illi: + Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni ut videam. Iesus autem ait illi: Vade, fides tua te saluum fecit. Et confessum vidit, & sequebatur eum in via.

+Matth.

20. g.

Luc. 18. g

Stat Christus quotiens expetitur auxilium eius ut A&7. Stephanus inter manus tyrannorum vidit Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Tunc iubet pœnitentes & egenos ad se venire per Apostolos, & eos qui curam habent inferiorum. Vocates autem aiunt: Anima equior esto, &c. Græcè dicitur θάρση, id est, bono animo esto, siue confide. Quoniam filius Dauid ut talis cæcos illuminare non potest, sed filius Dei, opus est igitur filium Dauid credere filium Dei esse, ut oculi illuminentur: quod ut credidit, visum recipere meruit, & à Christo audire: Fides tua te saluum fecit.

CAPUT Vnde CIVM.

Christus super adductum à discipulis pullum Ierusalem cum honore ingressus reuertitur in Bethaniam: In crastino Ierusalem rediens, sicutum maledicens arescere facit: videntes & ementes è templo ejicit, nec qua hoc virtute faciat Iudeis aperit.

T 3

+Et